UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Metatis & epidemeticis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

Bar. non videtur verum, quoniam id quod hic dicitur, eſt ſpecia‑
le in milite, quando agitur vt ſtipendium militis ſequeſtretur, er
go in contrarium eſt ius commune, l. ius ſigulare. ff. de legib. ⁊
contra Barto. hic facit l. ſi fideiuſſor. §. ſi ſatiſdatum. ℭ Et adde
quod hic dicitur de milite ſpecialiter habet etiam locum in do‑
ctore. l. fori. ⁊ l. aduocati, de aduoc. diuer. iud.
* ℭ Expediri. Adde Fel. in c. qm̄ apoſtolica. §. is aūt. de offi. dele.
b ℭ Per publicum inſtrumentum. Adde iſtum in l. litibus in fi. ſ.
de agri. ⁊ cenſit.
c ℭ Dant quandoque licentiam militibus ſe abſentandi. Adde
qualiter puniantur dantes poteſtatē abeundi militibus, de qui‑
bus hic, ⁊ dic quod dant illis, quorum venia abierunt ſalarium
ex eorum proprio. ita ſentit tex. huius l. ſecundum Roma. qui ad
hoc ſing. eum alleg. in ſuo ſing. lxx. incip. dantis licentiam.
d ℭ Cōgruētem. Adde Feli. in ca. literis, de p̄ſumptio. ꝟ. in gloſ. ij.

LEX XVII.

a **Cum ſepe.** [a] Milites deputati ad cuſtodiam
alicuius perſone, vel loco, annonam
de publico non percipient, ſed a conſtituta perſona ſa‑
larium habebunt de publico. ℭ Item milites non debent ad cu‑
ſtodiam alienius deputari ſine licentia Principis in ſcriptis
obtenta, contra facientes pena hic inſerta puniuntur. hoc dicit.
1 ℭ † No. ex prin. quod ſi milites ciuitatis Peruſij deſtinātur ad
cuſtodiam ciuitatis Caſtelli, quod ſtipendium debent habere a ci
uitate Peruſij, non a ciuitate Caſtelli, ſed ab alia ciuitate reci‑
2 pient annonam pro ipſis, ⁊ pro equis. ℭ † Ulti. no. quod mili‑
tes ciuitatis Peruſij non poſſunt in conſulto communi ire ad cu
ſtodiam alicuius caſtri ciuitatis Peruſij, ſine licentia communis
in ſcriptis data. ⁊ ideo ſint cauti, vt ſemper licentiam in ſcriptis
3 faciāt regiſtrari. ℭ † Ultimo gl. ſumit arg. an cuſtoditus a nun‑
cio communis debeat ſoluere nuncio, vel communi. Dic vt in ea.

ADDITIO.

a ALEX. ℭ Not. hic vnam glo. que vult carceratum non alen‑
dum ab eo qui fecit eum carcerari, ſi habet vnde ſe alat, alias ſe‑
cus, ⁊ idem voluit Bar. in l. ſanctum. ff. de rerum diui. ⁊ Bald. in
ſuo tracta. de carceribus. in fi. Aret. in §. fin. in fin. inſti. de actio. ⁊
Adde Bar. ⁊ ibi ſcripſi in l. iij. §. de feud. ex quib. cau. in poſſ. eat.

De excoctione, & transla. milita. annon. Rub. XXXIX.

LEX I.

Opinatores. Opinatores delegati, vt mi‑
litibus annonam exigant, et
eis ſoluant a prouincialibus, non petunt panis exco‑
ctionem, ſi fuerit inter eos conſuetudo contraria. h. d.
1 † Et no. ex hac lege quod conſuetudo prouincie excuſat in illis,
in quibus aliquando non excuſaretur. concord. ſunt in gl.

LEX II.

In excoctione. Ab excoctione panis, nul‑
la domus etiā Principis
excuſatur, ⁊ ſi procurator eius, cui panis coquendus mā
datur contumaciter facere neglexerit, punitur ipſe, ⁊ dominus e‑
1 ius, ſi fuerit conſcius. h. d. ℭ † Et no. hic caſum contra procura‑
tores abſentium quibus procuratorio nomine aliquid mādatur
per commune, quia ſi neglexerint, puniuntur ipſi, ⁊ domini ſi fue‑
2 rint conſcij. ℭ † Ult. no. hic eſſe caſum, quod dominus ex contu‑
macia procuratoris punitur, ſi eſt conſcius, ⁊ hoc modo poteſt li‑
mitari. l. j. §. ſi procu. ff. ſi quis ius dic. non obt.

De militari veſte. Rub. XL.

LEX I.

a **Omnem.** Canonem veſtium a Kalendis Septēb.
vſque ad Kalendas Aprilis [a] Reſpubli
1 ca ſoluet. h. d. † ⁊ no. hic eſſe caſum, veſtes hyemales facien
das eſſe a Kalendis menſis Septemb. ⁊ durare vſque ad Kalen‑
das menſis Aprilis, ⁊ veſtes eſtiuas a Kalen. menſis Aprilis, vſ‑
que ad Kalendas menſis Septēb. quod no. pro familiarib. qui‑
bus promittitur veſtis vernalis, ⁊ eſtiualis, etiam pro illis qui‑
bus in teſtamento relinquitur.

ADDITIO.

a ℭ Aprilis. Adde Specu. in tit. de procu. §. j. ꝟſi. itē ꝙ eſt miles.
ℭ Tu vide oīno de his veſtibꝰ eſtiuis ⁊ hyemalibꝰ An. Cor. ſin.
ſuis in ver. veſtis. incip. ꝓ ſalario. vbi refert ⁊ ſequitur iſtum alle.
Ant. Cor. Ro. ſin. dxc. inc. aliud nō ſcimꝰ. quē tn̄ idē Cor. nō alle.

LEX II.

Prouincie. Prouincie Thracie pro qui‑
buſlibet viginti iugis, ſeu capi
tibus anno quolibet vnā veſtem preſtabunt ad vſus
militum. Scythia, ⁊ Miſia pro xxx. iugibus, ſeu ca‑
pitibus quod in Egypto ⁊ partibus Orientis ſeruatur, ⁊ ſi ve‑
ſtem non habent loco eius vnum aureum preſtabunt, exceptis
Oſtroenatis, ⁊ Iſauria, que ad auri preſtationem non tenen‑
tur. hoc dicit.

LEX III.

Fortiſſimis. Ad veſtem militis non preſta‑
buntur bini tremiſſes, ſed vnus
1 ſolidus. h. d. † No. ꝙ pro vna chlamyde nō ſufficit vnus
flore. vt hic, ⁊ in gl. in ver. chlamydibus. vnde ſi promitto tibi fa‑
cere chlamydem, intelligitur maioris pretij quam ſit vnus flore.
a auri, quod eſt verum conſiderata conditione perſone. [a] Nā ſi pro‑
mittitur vni militi vel vni doctori maioris pretij eſſe debet, ſecus
2 ſi alij vili perſone. † Ultim. no. contra ſartores, quod pro factione
vnius chlamydis non poſſunt accipere niſi vnum florenum. [b]

ADDITIONES.

a ℭ Conſiderata conditione perſone. Adde Anton. Cor. ſing. ſuis
in verſi. conditio. incipien. aliquis promiſit mihi facere veſtem.
vbi alle. tex. ⁊ gl. huius legis de quo omnino per Fel. in c. cauſam.
extra de vſu. ⁊ per dom. meum Iaſ. May. in l. j. ſ. de leg.
b ALEX. ℭ Adde gl. not. in §. cum ex aliena. inſtit. de rerum di‑
ui. que dixit, quod valet conſequentia. ſartor, ergo fur.

LEX IIII.

Militaris. Quinque partes pretij veſtis mili‑
taris in pecuniam debent dari fortiſ
ſimis militibus, debilibus vero ſexta pars in panno. hoc
1 dicit. † Not. ex glo. iſta, quod armentum in dubio intelligitur de
2 animalibus magnis, ſed † grex de pecudibus, ⁊ animalibus mi‑
nutis, qui ergo promittit gregem poteſt dare pecudes, ſed qui
promittit armentum non poteſt dare, niſi beſtias magnas, et
groſſas, quod no.

De metatis, & epidemeticis. Rub. XLI.

ℭ In glo. Rub. ibi, ex eo. caſtrametati. No. ex hac glo. quod pax
1 que facta fuit apud Sartanam, in qua dictū fuit, quod pax † in‑
telligitur rupta per vnam communitatem alteri faciēdo caſtra‑
metationem, nam intelligitur vna communitas caſtrametari cō‑
tra aliam, quando edificat caſtrum contra aliam circundatum
vallis, id eſt, foſſatis, barbacanis, ⁊ ſimilibus quod no.

LEX I.

Si quis. Menſor deputatus ad hoſpitia menſu
randa per epidemiticos, militibus dan‑
da, ſeu aſſignanda ſi in hoſpicio domus ſcripſit nomē mi
litis, cui fuit hoſpitium aſſignatū, poſtea aboleuerit, punitur pe
na falſi. hoc dicit.

LEX II.

a **In qualibet.** [a] Ubicūqꝫ Princeps eſt. vel
milites ſub Principe militā
tes, pro hoſpitandis dictis militibus dn̄i domus de‑
bent domus ſuas diuidere in tres ptes. vnā partē ꝓ ſe
debēt retinere, aliā militibus, quā optauerint, eis tradere, aliā ve
ro partem dn̄i domus relinquere, ſed ab hac inquietatione erga‑
ſteria mercimonijs deputata ſunt immunia. Si tn̄ in parte domꝰ
militibus aſſignata ſtabulū deficiat in ergaſterio partē pro ſta‑
bulo debet habere. Itē illuſtribus militibꝰ aſſignabūt dimidiā
domū eorū, eis tn̄ electione ſeruata, contrafaciēs punit̄ pena hic
1 inſerta. h. d. † No. ex gl. in ver. ergaſteria. quid dicat̄ angiportus.

ADDITIO.

a ALEX. ℭ No. tex. ꝙ milites non debent hoſpitari in domibus
ciuiū quem alle. Lauden. in trac. de principe, in tit. de milite, in iij.
concluſione. Et adde ꝙ ciues tenētur dare militibus habitatio‑
nē, lꝫ non teneantur dare victū, ſcꝫ lectū, oleū, ⁊ alias maſſarias,
in l. j. de ſalga. hoſpi. non preſtan. qđ eſt contra id quod hodie fit.

LEX III.

Cunctos. Preſentibus iudicibus qui de cā co
gnoſcēdi habent poteſtatē nō debēt
1 eorū pretores, id eſt, iudices ordinarij adiri. h. d. † No. ꝙ ſi
dn̄s legatus venit ad ciuitatē Peruſij, ⁊ hoſpitatur in domo dn̄i
epiſ. ꝙ do. epiſc. propter eius preſentiā nō perdit ſuā iuriſ. ⁊ ideo
nō debent volentes litigare adire dom. legatum, ſed dn̄m epiſ. Et
ita tenet hic gl. ⁊ habuiſtis in auth. de defen. ciui. §. nulla. vbi de‑
fenſor ciuitatis nō pdit iuriſdictionē ſuā per preſentiā preſidis.

LEX IIII.

Fabricenſium. Domus fabricenſiū ad ho
ſpites recipiendos nō gra‑
uatur. h. d. Non habetis hic alia.

LEX V.

Deuotum. Nullus miles ad preſidiū publi
cum ſeu priuatum pōt accedere,
⁊ contrafacientem tanquam ſacrilegū quilibet pōt ex
pellere. ⁊ adminiſtrator, qui eū tranſmiſerit, punitur.
atque dictis militibus trāſeuntibus ſolū hoſpitari licet nihil pro

ſe vel pro animalibus ab hoſpitante querent vel exigent, ſiue ho-
ſpitans inuitus ſiue volens det, ꝛ in hoſpitio inuitis dominis
domorum reſidentiam non facient. contra faciens punitur. h. d.
1 In tex. ibi, vltionis. † No. quod pro defendenda poſſeſſione ſua li-
citum eſt vlciſci, ꝛ talis vltio non eſt proprie vitio, ſed defenſio,
vt dicit gl. quod no. ad q. de eo qui dixit in iudicio ad ſui defenſio-
nem Titium vlciſcendo percuſſiſſe. Nam iſtud verbum vltionis,
non ſumitur hic pro offenſa, ſed potius pro defenſa. In text. ibi,
2 qui primum. ¶ † Not. hic tex. expreſſe, quod ſi aliquis vult me
expellere de poſſeſſione mea, quod amici mei, ꝛ vicini mei poſſunt
a percutere volentem me expellere, ne me expellat.[a] quod eſt valde
notandum.

ADDITIO.

a ¶ Ne me expellat. Adde Flor. in l. ſcientiam. §. qui cum aliter.
ad l. Aquil. ꝛ Bal. in l. vt vim. ff. de iuſt. ꝛ iur. ꝛ Andr. de Iſer. in
titul. de mil. va. qui contumax eſt. vbi tenet idem pro recupera-
tione, ꝛ adde eum etiam in titul. de pac. iurament. firman. in §. con
uenticula.

LEX IX.

OMnes. Hoſpitantes milites in domibus hoſpi-
tationum eorum nullam aliam diſcuſſio-
nem vel penam debent ſubire. ¶ Item nullus debet im-
petrare vt a munere hoſpitandi milites ſit immunis, ne vicini
domus grauentur. contra facientes puniuntur, et carebunt im-
petratis, hoc dicit.

LEX X.

HAc lege. Quidã in hac lege nominati dum
viuunt ꝛ poſt mortem eorum here-
des, filij, parentes, nepotes, fratres, ſorores, vxores
eorum tres domos propter moleſtiam recipiendi mi-
lites habent immunes quidam duas, quidam vnam tantum, qui-
dam dimidiam tantum. h. d. Et no. de angiportu. de quo ſ. eo. l. ij.

LEX XI.

DEcem. Tribuni primiceriorum decem immuni-
tatem habent ab hoſpite recipiẽdo in do-
mibus, quas tenent in vrbe Conſtantinopolitana. h. d.

De commeatu. Rubr. XLIII.

LEX I.

NE cui. Tempore expeditionis nullus militibus
commeatum dare poteſt, contrafaciens ca-
pite punitur. hoc dicit.

LEX II.

QVicunque. Qui de ſcrinijs, aut agenti-
bus in rebus, aut etiam pala-
tinis, vt comitibus ſacrarum, ꝛ priuatarum remune-
ratione obſecundat, ſi vltra tempus commeatus con-
ceſſum per ſex menſes abſens fuerit, item qui proprio arbitrio
commeatum non accepit, ꝛ qui per quadriennium deſidia officio
non ſeruierit, aut vltra quadriennium ſteterit, pena hic inſerta
punietur. hoc dicit.

LEX III.

SI quis Qui ſine commeatu anno, biennio, triẽnio,
vel quadrien. vacauerit, modo hic ſcripto
punitur. hoc dicit.

De tyronibus. Rub. XLIIII.

LEX I.

1 ☞ Scholaris qui non ſtat firmus dicitur vagus, ꝛ an gaudeat
priuilegio ſcholarium.
2 Vagabundus quis dicatur.

NVllus. In text. ibi, vagus. no. ex iſto tex. con-
iuncta gl. ꝙ ille dicitur vagus, qui in
1 loco firmiter non ſtat. † Et ſic eſt argu. quod ſcholaris,
qui non ſtat firmus, dicitur vagus, ꝛ non gaudet pri-
uilegio ſcholarium. Contrarium tamen eſt veritas quod ſiue ſit
vagus, ſiue nõ, gaudet priuilegio ſcholaris, igitur, ꝛc. vt in auth.
habita. ſ. ne fil. pro pat. Nec ob. iſta lex, quia verum eſt quo ad hoc
2 vt non efficiatur magiſter. ¶ † Et eſt illa lex ad arg. ꝙ ille dica-
a tur vagabundus, qui non ſtat firme in loco.[a] Pro hoc eſt text.
iuncta gl. in l. iiij. §. abeſſe. ff. de dam. infec. quedam tamen gloſ. licet
male dicat, dicit ꝙ ille dicitur vagabundus, qui non habet pro-
prium domicilium, vt l. eius. §. Celſus ff. ad muni. Nam ſecũdum
hoc ſemper eſſet neceſſe quod eius ciuitas aratrum pateretur,
b quod tamen eſt falſum, vt hic vides.[b]

ADDITIONES.

a ¶ In loco. Quis dicatur vagabundus, vide gloſ. fina. in l. heres
abſens. §. proinde. ff. de iudi. vbi per Ang.

b ALEX. ¶ Et hic habes quis ſit vagabũdus. de quo per Bart. in
l. iiij. §. pretor ait. de dam. infect. in l. ad cognitionem, ꝛ ibi dixi. ff.
ex quib. cau. in poſ. ea. ꝛ Bart. in l. j. ſ. de colonis Thracenſibus.
In verſi. ꝛ ſic eſt arg. inquantum Bart. vult quod ſcholaris va-
gus gaudeat priuilegio ſcholarium. Adde gl. in proe. ſexti. in verſi.
commorantibus, quod licet ſcholaris parum ſtudeat, tamẽ gau-
deat priuilegio ſcholarium ꝛ do. Ant. in proe. Decretaliũ ſequi-
tur ſi honeſte viuit. Ego tamẽ puto quod ſcholaris vagus, ꝛ non
ſtudens, non gaudet priuilegio, per gl. hic, ꝛ per gl. de ſtudijs libe-
ralibus vrbis Rome in l. j. ꝛ gl. in c. odij. ꝛ c. egreſſi. xxiij. q. j. vbi
innuit contra ſcholares euntes ad eccleſias viſuri mulieres. glo.
in c. qui. in verbo, quod nam. de peni. diſtin. j. ꝛ gl. in l. cum ea. ſ. de
tranſac. Facit quod per Fulg. in l. qui ſub pretextu. ſ. de ſacr. ſan.
eccle. gl. in l. j. de ſtudijs lib. vrb. Rome. ꝛ ideo enumerati in dictis
gl. non debent gaudere priuilegio, per no. per Bar. in proe. Dige-
ſtorum vbi dixit quod licet quis ſit deſcriptus in mercatorũ ma-
tricula, non tamen dicitur mercator, niſi illum actum exerceat, ita
in ſcholari. Facit quod dixit Franciſ. Tig. de piſis in l. ſemper. §.
quibuſdam. de iure immunita. tex. in c. xenij. in verbo literarum.
de elect. in vj. verſi. gl. ꝛ tex. in authẽ. habita. ſ. ne filius pro pat. pro
hoc l. ſemper. §. negotiatores, ꝛ l. ne quidam. ſ. de teſtamẽ. milita.
ꝛ l. diuus Traianus. ꝛ l. ex ea. ff. eod. tit. vbi miles gaudet priuile-
gio ſi exercet militiã. facit l. ſcriniarios. de teſta. milita. Facit text.
in l. ſi duas. §. maxime. verſi. non aliter. de excuſatio. tuto. Et ex hoc
ſequitur contra Barto. quod vagus, ꝛ non ſtudens non gaudet
priuilegio. Sed poteſt ſaluari quod loquitur ſi inhoneſte viuat,
ſecus ſi honeſte, licet parum ſtudeat. Quid de doctore ignaro. et
non ſtudẽte, vide Bar. in l. fi. ſ. de profeſ. ꝛ medi. ꝛ ibi ſcripſi. Itẽ
quid ſi ſcholaris exercet artem, vel officium. an gaudeat priuile-
gio. Dic quod ſic, ſi principaliter veniat ad ſtudium cauſa ſtudij.
l. non verum. ex quib. cau. maio. ꝛ Franciſc. Tigri. in d. §. quibuſ-
dam. Quid de non intrante, ſed ſtudente in domo. Andr. de Iſer.
in auth. habita. alle. Hierony. dicentem ingenium docile, ſine ma-
giſtro laudabile eſt, licet Bal. in d. auth. indiſtincte dixerit, ſcho-
larem practicantem non gaudere priuilegijs.

LEX III.

TYrones. No. contra iuuenes doct. qui volũt cel-
ſiorem locum obtinere, ꝛ omnibus an-
teire, quoniam non poſſunt, quia tantum illis doctori-
bus conceduntur, quibus laborum aſſiduitas, ꝛ ſtipendiorũ pro-
lixitas ſuffragatur.

De littorum, & itinerum cuſtodia. Rub. XLV.

LEX VNICA.

SAluberrima. In text. naucleri depo-
nãt. No. hanc l. pro por-
tantibus frumentum, ꝛ aliud bladum, quando timẽt
accuſari de cõcuſſione, vt ſemper vadant corã officiali
cõis, ꝛ notificent ei ad quem locum portare velint. nam hoc facto
non timebunt de aliqua concuſſione. que contra eos fieri poſſit.

De deſertoribus, & occultatoribus. Rub. XLVI.

LEX I.

SI quis. Recipiens ſciẽter deſertorem in
agro vel in domo, ſi eſt actor, vel
procurator, capitaliter punietur, ſi eſt dominus,
vel predium confiſcabitur, ſi ipſius eſt. Itẽ ma-
nifeſtãs deſertorem premiatur. Item deſertores
ſunt, qui tẽpore belli abſentauerunt ſe a ſignis.
Item qui ſemetipſum prodiderit veniam meretur, punitur vero
deſertor pena mortis vilis, quã ſi iudex diſſimulat vel gratia da-
ta diſtulerit, ipſe punitur. h. d. In text. ibi, ſi ſciens, prudens.
1 ¶ † No. pro receptantibus rebelles[a], quia ita demum ſi ſciant ip-
a ſos eſſe rebelles. concor. quod no. ff. de recep. l. j. ꝛ vide quod dixi
ſ. de fab. l. fi. In tex. ibi, vel procurator. Not. ad qõnẽ dt ſtatutum
2 † ꝙ ſi in aliqua domo fuit ludus retentus, ꝙ debet deuaſtari, vel
ſi in aliqua domo eſſet ordinata proditio contra cõe ꝙ debet de-
ſtrui domus ꝙ ſi actor vel procurator retinuerit ludum in ea, vel
proditionẽ ordinauit, ꝙ nõ deuaſtabitur domus, ſed procurator
punietur, tunc enĩ ad deuaſtationẽ proceditur, cum dominus do-
mus ſcelera cõmiſerit, vt hic. ꝙ facit ad no. ſ. de fal. mon. l. prima.
3 ¶ † Vltimo no. ex fi. legis magnã penã contra officiales qui pe-
nas legibus vel ſtatutis impoſitas gratia vel diſſimulatione impone-
re differũt de quo hic in gl. vl. Et ſic facit contra capitaneos Peruſij,
qui malefactores diſſimulãt, vt puniãtur. ad ꝙ facit ꝙ ſ. dixi.

ADDITIONES.

a ¶ Rebelles. An ꝛ quando receptator teneatur, vide domi. Soci. in
conſi. ccxij. incip. in ea. Mat. Petr. verſi. preterea. ſi. Adde iſtum
in l. omnes, numero ſecundo, ꝛ quod ibi poſui in apoſtil. ad ipſum.